

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 37. Rex in uberiensi prælio victor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. episcopo Toletano tanquam magno Can-
A.C. 1590. cellario, & supremo sacræ inquisitio-
 nis Præsidi per Castellæ commendato-
 rem mandabat, ut ad sumptus in illud
 bellum faciendos, & prohibendos Ger-
 manorum delectus, qui ad sectariam
 pestem in Franciæ regno seminandam
 propediem descensuri essent, Concilia
 provincialia more solito cogat, & im-
 peret collationem pecuniæ per singulas
 Diæceses æqualitate servata distri-
 buendæ.

§. XXXVII.

Rex in Iberiensi prælio victor.

Thuan. l. c.
Davil. l. II.
Mem. de la Lig.
 pag. 254.
Aubigne t. 3.
 l. 3. c. 6.

Fœderatis cuncta hæc molientibus,
 interea Rex die decima quarta Mar-
 tii prope Iberiæ oppidum quarta à
 Droco leuca infligem victoram de Ma-
 duano Duce reportabat, ac paulopost
 in ipsa hac Urbe eundem altera victoria
 superatum de urbe in urbem fugere com-
 pellebat; insuper Meduntam, & Ver-
 nonium deditio[n]e cepit: mox vero Dux
 datis Romam literis sinistrum, quo fœ-
 deratorum res inclinari cœperant, suc-
 cessum ex parte perscripsit, interim id
 quod rei summam concernebat, dissi-
 mulavit insinuans, quod nobiliores Ur-
 bes, ac præprimis Parisina civitas ad-
 huc sacræ unioni addictæ permanerent.

Verum

Verum in Francia, & Parisiis vix non desperata foederatorum conditio manifestius apparebat: quocirca Legatus, cum res omnium oculis pervia occulti haud posset, quædam concordiæ pacta proposuit, moxque Villaregius cum Plessio Mornæo prope Meduntam in Suindrinensi arce desuper conferebat, ac ipsem Legatus paulopost aliud colloquium instituit Nosiaci, quæ arx Rentensi Marescallo Gondii Cardinalis, qui unacum Marescallo aderat, fratri parebat: verum hæc consultatio successu suo frustrabatur, Rege continuato victoriarum cursu plures regiones emetiente: die autem tertia Aprilis castris Melodunum promotis hanc urbem occupavit, eodemque tempore Moretum, & Crassiarum suis armis subjecit: inde vero Monasteriolum, Pontem ad Sequanam & Merium contendit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1590.

§. XXXVIII.

*Rex tentata Senonensis Urbis obſi-
dione recedere coactus.*

Postea Rex Senonensem urbem, cui *Thuan. l. 98.*

Jacobus Harlæus Chanvallonius Gubernator præerat, ad ditionem provocare aggreditur: cum autem ci-
ves urbem suam quovis periculo de-
fendere parati essent, Rex vim adhibere

E 4 haud